



220021

ratkomp.


III

Mag. St. Del

P

Filippowiz Janist. Iean: Quæstio. Théologia de Deo  
— incarnato.

Teol. 4070



IN NOMINE DOMINI AMEN.

# Q U A E S T I O THEOLOGICA, De DEO Incarnato.



Speciali sub Protectione

CELSISSIMI PRINCIPIS,  
ILLUSTRISSIMI & REVERENDISSIMI DOMINI,

D. ANDREÆ  
STANISLAI KOSTKA  
In ZALUSKIE

ZAŁUSKI,  
EPISCOPI Cracoviensis, DUCIS Severiæ,  
EQUITIS AQUILÆ ALBÆ,  
Studij Generalis Universitatis Cracoviensis  
CANCELLARI.

Pro Doctoratu in Sacra Theologia obtinendo

M. STANISLAVM JOANNEM  
PHILIPPOWIC,  
In Sacra Theologia Licentiatum Professorem,  
ac interea Studij ejusdem Generalis  
RECTOREM.

Putlicè ad disputandum in Lectorio CC. DD. Theologorum  
Anno VERBI Incarnati M. DCC. XLVII.  
Die 28. Novembris Horis Vespertinis.

## PROPOSITA.

ANDREAS ZALUSCIUS  
EPISCOPUS CRAC.  
DUX SLOVÆ



Consideret Hoc Vtum Gravitas Sapientia Candor  
Eminet ex Oculis Gratia Magna DUCIS  
Aurum de moribus dispersum regnat ex parte  
Ingenitus Nostri PRINCIPISS isle 'decor'

CELSISSIMO PRINCIPI,  
ILLUSTRISSIMO ac REVERENDISSIMO DOMINO,  
D. ANDREÆ  
STANISLAOKOSTKA  
In ZALUSKIE  
ZAŁUSKI,  
EPISCOPO Cracoviensi, DUCI Severiæ,  
EQUITI AQUILÆ ALBÆ,  
Studij Generalis Universitatis Cracoviensis  
CANCELLARIO.

Domino Protectori Amplissimo.

220021

Abis veniam PRINCEPS CEL-  
SISSIME, quòd Magno No-  
mini Honoriique Tuo, exi-  
gua hæc laboris Theolo-  
gici offertur pagella. Ma-  
gno PRÆSVLI, non minor  
debetur Panegyris. C A N-

C E L L A R I O Universitatis, omnium ora in  
plausus resolvi deberent, Libri Facultatum

dicari, ni proposita de DEO Incarnato doctrina, VERBI Divini Mysteriorum explicativa, omnibus totius orbis Voluminibus praestaret. Opus hoc, quasi lapis ille, sine manibus desuper abscessus, praesua tenuitate, oculis hominum ferè imperceptibile; quia tamen fidelium mentibus admotum, regna haereticorum vastare par est, crescereq; in montem totum orbem implentem; Te Magno PRÆSULE dignum. Ergo PRINCEPS CELSIS-SIME, Theologo adhuc tyrocinanti parce, exile hoc minutum minutissimum, magno, prout assoles, eruditorum quosvis appretiando labores, suscipe corde, indeq; Eminentissimos quantocyus legas Honores. Ita precatur

## Illiſtrissimæ Celsitudinis Vestræ,

*servus humilis*

Operis Author.

# Q U Æ S T I O T H E O L O G I C A.

U. (1.) Homo Christus JESVS,  
(2) qui prædestinatus est Fi-  
lius DEI; (3) qui factus est ei ex se-  
mine David secundum carnem;  
(4) qui conceptus est de Spiritu  
Sancto, natus ex Maria Virgine;  
(5) Vnus est Mediator DEI & ho-  
minum, (6) qui dedit redemptio-  
nem semetipsum pro omnibus?  
necne?

(1) 1 ad Tim: 2. v. 5 (2) ad Rom: 1. v. 4. (3) ibidem v. 3.

(4) Art: 2. Symb: Apost: (5) 1. ad Tim: 2. v. 5. (6) ibidem v. 6.

## C O N C L U S I O I.

Homo Christus JESUS, prædestinatus est  
Filius DEI.

## C O R O L L A R I A.

I. Primarius & principalis terminus Prædestinationis  
CHRISTI non est visio beatifica animæ CHRISTI.

II. Etiam declaratio sive manifestatio Filiationis natu-

*ralis DEI, non est primarius & principalis terminus Prædestinationis CHRISTI.*

**III.** *Etiam virtus miraculorum, non est talis terminus Prædestinationis CHRISTI.*

**IV.** *Sola Filiatio naturalis DEI, est primarius & principalis terminus Prædestinationis CHRISTI.*

**V.** *Visio beatifica animæ CHRISTI, aliaq; dona supernaturalia ipsi collata, sunt solummodo terminus secundarius & minus principalis Prædestinationis CHRISTI.*

## CONCLUSIO II.

**H**omo CHRISTVS JESVS Filius DEI, factus est ei ex semine David secundum carnem.

## COROLLARIA.

**I.** *Homo Christus JESUS, secundum carnem descendit etiam ex Abraham.*

**II.** *CHRISTUS secundum carnem, descendit etiam ex alijs Patribus ab Adam Protoparente incipiendo.*

**III.** *Homo CHRISTUS JESUS fuit in Adam tanquam in principio Activo, posteros omnes virtualiter continente.*

**IV.** *CHRISTUS non fuit in lumbis Abrahæ ut indigens curatione.*

**V.**

V. CHRISTUS ut medicina fuit in lumbis Abrahæ & aliorum Patrum, à quibus secundūm carnem descendit.

### C O N C L V S I O III.

Homo Christus JESVS, conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex MARIA Virgine.

#### C O R O L L A R I A.

I. Beata Virgo MARIA, est vera Mater CHRISTI, DEI & Hominis simul.

II. Spiritus Sanctus non est, nec potest dici Pater CHRISTI.

III. Solus Pater Æternus est Pater Christi, etiam quam Hominis.

IV. Duæ Filiationes reales in CHRISTO non sunt admittendæ.

V. Etiam Filiatio DEI adoptiva in Christo non est admittenda.

### C O N C L V S I O IV.

Unus est Mediator DEI & hominum, Homo Christus JESVS, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.

#### C O R O L L A R I A.

I. Nullus homo purus, etiam maximis gratiarum donis

nis à DEO præditus potuit fuisse & esse Medi-  
ator DEI & hominum.

- II. Etiam Angeli boni non sunt Mediatores inter DE-  
UM & homines, ratione mediatoris stricte &  
propriè sumptā.
- III. Prophetæ & Sacerdotes utriusq[ue] Testamenti fu-  
erunt & sunt mediatores, sed instrumentaliter seu  
ministerialiter & dispositivè tantū.
- IV. Spiritus Sanctus nullo modo potest dici & esse  
Mediator inter DEUM & homines.
- V. Etiam Pater Æternus nullo modo potest dici ac  
esse Mediator.

## C V I

ac Filio ejus Vnigenito,  
necnon ab utroque procedenti Spiritui Sancto.  
Sit sempiterna Laus, Honor,  
& Gloria & Gratiarum  
Actio.



7xxii.23.

Biblioteka Jagiellońska



stdr0024810

